Magnifice et excellens domine ac benefactor et praeceptor mi colendissime: Humillima commendatione praemissa, gratiam salutarem et pacem in domino sempiternam, cum omni officio obsequendi. Multi jam defluxere dies, quibus vestras literas mira quadam expectatione expectavi: sed nescio quo factum sit, ut postquam Bohemiam hac ultima vice sum ingressus, nullae vestrae literae ad me delatae fuerint. Quam ob rem M. Vram plurimum obsecro et obtestor in domino, ut dignemini mihi per praesentium latorem significare, quid actum sit tam in diaeta pragrae celebrata, quam in diaeta quae vel celebrata est vel modo celebratur in Benessau. Multa mihi dicuntur, quae ita obscura sunt, ut nesciam aliam quaestionem eligere, nisi quod unio facta inter catholicos ut aiunt et reliquos etc., non ex spiritu sancto, sed potius diabolico fuerit facta, cum sit susceptio defensionis suorum errorum et peccatorum. Illud vero magnopere dolendum est, quod praeter M. Vram cum magnificis filiis vestris, ac magnif. D. de Suamberg, omnes alii qui catholicos se profitebantur, facti sint haereticorum fautores et defensores, in sui nominis dedecus et infamiam. Rogo etiam D. Vram, ut de diaeta Ratisponensi ad quam Bohemi sunt invitati, me certiores faciat, utrum acceptata fuerint, et qui barones debeant ad eam proficisci, et utrum Rokyczana velit ibidem comparere. Misi literas per amplas, quarum copiam puto habuistis a D. Venceslao qui est in Pilsina, ad diaetam Pragensem contra Rokyczanum: sed quidam baro, qui magnum apud D. duces et ceteros fideles nomen sibi vendicabat fidei catholicae, quique illas praesentare pollicitus fuerat, sed ostendere nescio quo diabolico spiritu ductus recusavit. Quid autem sentitis de adventu novi imperatoris, non pigeat scribere. Quamquam illius coronationi duo socii mei, qui superioribus diebus e Roma profecti sunt, interfuerint; sed quia nimis tardarunt in veniendo, existimo jam quod D. imperator debuerit exisse Italiam, cum dicant ii socii mei, cito illum debere ad propria remeare, uti famabatur. Mitto M. Vrae copias quinque bullarum SS. D. N. papae, quarum tres modo per hos socios mihi destinavit; alteram dum essem Egrae, aliam vero antea habueram generalem ad omnes haereses. In illis autem quatuor perspicere poteritis, quam clare SS. D. Nr vocet eos haereticos, et quot et quantas auctoritates mihi concessit pro Bohemorum salute, ita ut pro eorum infamia delenda melius eis fuisset in ista eorum diaeta Pragensi acceptare oboedientiam S. Romanae ecclesiae pure et simpliciter, et non palliare eorum haereses cum compactatis, cum ipsi amiserint omnia compactatorum iura, quando quidem nunquam illa observaverint, quinimo totum contrarium fecerint. Non enim barones sed papa debet compactata declarare, ita ut illis nullo jure liceat instituere, Volumus quod fiat aqua benedicta et quod fiat benedictio cineris et multa alia, quae mihi destinata sunt, per eos ordinata Praegae observanda; quae quidem etsi quandam parentiam bonitatis habere videantur, venenum tamen intercludunt et fallaciam, cum usurpaverint sibi auctoritatem papae, quae eis non concessa est. Rogo ut diligenter et accurate legere velitis easdem copias bullarum, ex quibus facile intelligere poteritis voluntatem SS. D. N. papae. Multa hic referuntur, videlicet quod Rokyczanus emerit sibi castrum, et quod compacta noluerit acceptare; item, quod ipse haereticat Thaboritas, et illi eum e converso; item, quod barones nolint eum amplius habere in eorum consiliis, et quod libenter fugam ad suum castrum arriperet si posset; item quod illi de Luna et de Sacz discordes sint cum aliis, nolentes observare compactata, et plura alia; quae an vera sint, ignoro. De iis autem omnibus et de ceteris aliis vobis notis exspecto certior fieri per praesentium balulum ab Excell. Vra. Reliquum est mi magnifice et praestantissime domine, ut gloriosam famam catholici nominis, quam tot et tantis sumptibus, laboribus, angustiis, periculis et vigilis vobis ac toti vestrae posteritati splendidissime me et cum summis apud deum meritis acquisivistis, nolitis quoquo pactomittere. Sunt qui sperant apud eos, vos debere eis adhaerere; quod nullo pacto credere possum, cum sciam quantum sanguis effusus sit per vestros, ut cetera magnifica gesta sileam per M. Vram, ut immaculatum et inviolatum nomen catholicae veritatis vobis conservaretis. Catholici tamen dicunt, M. Vram libenter voluisse acceptare unionem cum eis scilicet Bohemis etc. si pure et simpliciter acceptare voluissent oboedientiam sacrosanctae Rom. ecclesiae. Quae quidem responsio ita me et ceteros laetios effecit, ut nesciam quid gratius in hujusmodi re potuisset afferri. In qua quidem firma et soda sententia et opinione sanctissima rogo et obsecro precibus quibus valeo, velitis firmare ancoram vestram, quam quidem nullus impetus ita magni venti evertere et evellere poterit, si in vestro laudabilissimo proposito persisteritis. Neque eorum unio vos terreat, cum scriptum sit: Dominus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum et reprobat consilia principum; consilium autem domini in aeternum manet etc. Spero, imo certior sum, non necessarium fore, vos in hujusmodi re hortari oportere, ex quo alii exspectant animari et sublevari. Verus tamen amicus silere non potest, quae in amici laudem, decus, splendorem et perpetuam gloriam accedant. Vos autem omnia sapientissimo et prudentissimo vestro consilio diligentissime considerabitis: ego vero insto cum verbo dei, quod Bohemi audire abhorrent, obturantes aures suas.

Usque nunc hic mille et trecentos ad obedientiam et unitatem sacrosanctae Rom. ecclesiae recepi cum juramento. Reliqua quae deus operatus est, non est meum scribere. Si quidem populis non fuisset prohibitus accessus ad nos, talem praedam assecuti fuisset, qualis non facta fuit, postquam inceptae fuerunt haereses Ussitarum. Non tamen per dei gratiam tempus perdidimus. In omnibus benedictus deus, cujus causa agitur, quam ut defendat semper oro. Si quid autem vobis videtur per me fieri debeat, illud significare non gravemini; digneminique copias ipsarum bullarum aliis communicare baronibus. Vellem quidem, ut si possibile foret in omni angulo Bohemiae essent hujusmodi copiae. Finem dicendi faciam, iterum atque iterum obsecrans Mam Vram, ut de omnibus supradictis dignemini me certiore facere ad plenum. Valeat M.V. una cum generosis filiis vestris, quibus omnibus me plurimum atque plurimum commendo, una cum sociis meis. Ex Ponte, XVII Maji 1452. V.M.D.

Inutilis servulus licet fidelis orator
Fr. Johs de Capistrano ord.M.
manu propria me subscripsi.

Copia literarum fratris Joannis de Capistrano ad Magistrum Joannem de Rokyczana. 1452 *cf. f. 79 pag 192*

Affectu salutis tuae, et proximorum, mirari satis nequeo mi Rokyczane tarditatem tuam, qua usus es in respondendo literis meis, quandoquidem ita me interpellas tuis pro sacri calicis defensione, ut te principem appellare in hujusmodi defensione non veritus fueris. Rescripsi quidem tibi in festo sct. Mathaei ita late, et diffuse, ut nihil abs te dictum sit, quod responsione hac praeterivisse putem: Tuae vero, quas 27 diebus magno cum desiderio expectabam, 17 hujus ad me delatae sunt, et quidem perbreves, ut fere nihil respondi videaris his, de quibus te certior effeceram: quinimo ea scripsisti, et ut verum fatear scribere fecisti, quae a te non requirebam neque expectabam. Si quidem literas, quas superioribus diebus accepisti, diligentius et accuratius perlegisses, non invenissem sane, quo Baronum conventum congregare deberes, qui tibi consulere, neque mihi disputationibus locum eligere atque diem, modum et Judicem constituere haberent, tanquam si eorum sententiae parere jure ipso debuisses: sed scripseram ad te non mediocri rogatu et petitione, ut aliquos ex tuis ad me mittere non gravareris, cum quibus de modo, loco, die, et viris interventuris in actu agere possem, ut optimum et gloriosissimum finem nostrae collatio, ad quam tu me invitasti et provocasti, assequeretur: quod nequaquam effecisti, sed turpius prolongasti, et extrema, quae vitiosa esse non ignoras, immitatus es, dicendo electos fuisse duos generosos Barones, nempe Joannem de Pernstein, alterum Venceslaum de Boskovicz, qui de hujusmodi quatuor conditionibus, super quibusdam mecum decertare, et tractare valerent. Et sic cetera non quidem tacenda, silentio praeterendo literas tuas paucissimis absolvisti; illae quidem in maximam admirationem me venire fecerunt, quando eam tibi auctoritatem usurpas, quae nequaquam abs me tibi concessa est; nam sicut illi duo Barones ea fuisse abs te postulata, puta de loco, die, modo, viris interventuris in actu, ad quae non illis, sed tibi respondendi erat officium, posteaquam neminem ad me mittere fueris dignatus, cum quo de hisce conferre potuisses: si quidem Barones illi ad me profecti fuissent, danda tibi esset venia, sed nemo unquam comparuit, ego vero animadvertens tarditatem tuam magnam animorum jacturam praeseferre, Bohemiam ingredi statui, ut tot millia animarum pereuntium a faucibus satanae liberarem, cumque Crumnav /Krumlov/ appulissem, reddita sunt mihi literae tuae, et illorum Baronum, unae quidem vestrae materna lingua, reliquae vero latino eloquio confectae, quarum verba talia erant, quae etiamsi ab illis scripta sint, ex tua tamen mente ea proficisci dicere non vereor: locus sit optatus in Crumlov, arce apud Dominum Henricum, dies vero Simonis et Judae, proxime affutura, personae interventurae habeant libertatem adesse actui, qui possunt intelligere non excludantur, rectius dixissent, si dixissent, quod addresserent, sed dormiant, modus servetur integralis in procedendo sic, ut libere Rokyczana prosequatur communionem calicis ad plebejos deducendo ex scripturis. Judex autem nostrae disputationis sit ille, qui inter concilium SS. Basiliense et viros legatos de Bohemia et Moravia destinatos extitit, et est iste: Lex divina, praxis Christi, Apostolica, et Ecclesiae primitivae, una cum conciliis Doctoribusque fundantibus se veraciter in eodem pernecessario et indifferente Judice in hoc concilio Basiliensi admittere. Haec illi: tu modo te totum omni veterana postposita obstinati animi consuetudine ad me converte, et diligenter attende, quam indiscreta, quam inconsulta, quamque injusta sit tua, et illorum sententia, nulla te teneat passio mi Rokyczane, ut bonum virum decet. Censesne hujusmodi collationem tam vilem, tamque parvae facultatis, ut illa in rusticano, et plebejo loco possit celebrari? Estne illa ita flocci pendenda, ut ab indoctis et ignaris hominibus debeat celebrari et judicari? Equidem si recte perspexeris, hoc tuum et illorum judicium ratione carere intelliges, cum hujusmodi res tantae sit dignitatis et excellentiae ut non possit...

apeu
fcoe
ared
bree
kaf
fuo
a ex
fuo
fmo
fcll
stoc
truf
k. v

debeat;puto tamen,quod conscientia reclamante,tales responsiones institueris me dare.Visne tuum ingenium,quod acutissimum et elegantissimum profitebaris, dum dices,tot et tanta in Concilio Basiliensi te gessisse,apud eos,quorum et ovium est custodia,ostentare? Summa sane mihi spes erat,ut antiquam,inclitam et excelsam urbem deligeres,ut doctum virum decebat, sed elegisti Crumnau, ubi praeter M.D.Henricum,et ejus generosam Familiam simplices Idiotae,rudes et ignari homines degunt.Timesne pro sacri Calicis tutela,pro qua tot,et tantos labores adire non recusasti,coram doctissimis viris comparere,et ab his,quod homo Famosae /scilicet/ sectae sis convinci? quod non peritiae sed ignorantiae magnum signum est tibi perpetue adscribendum,nisi sententiam in melius mutaveris; solent enim hi,qui scientiae lumine privati sunt,liberius apud ignorantes quam doctos viros conversari,ut,cum illis parum luminis sit,videantur ex parva admodum re vel famam,vel nominis gloriam vendicare,nitunturque ex modico aere divitias ostentare magnas,seipos summis laudibus efferentes,et si quando aliquem virum doctum repererint,illum ignorantiae nomine accusare minime formidant, exclamantes et dicentes : nescit,ignorat,imperitus,victus,haereticus est,delectur nomen ejus a facie terrae;in eo quidem hominis gustu te esse non opto, sed animadverte,ne hujusmodi perpetuam maculam et infamiam tua sponte tibi ipsi ascribas,cum mavis,ut tua doctrina magis apud vulgares,quam apud doctos et praestantes viros cognoscatur,quod facile patet,quando pro loco disputationis Crumnau tibi elegisti,ubi quales homines sint,superiori in loco dictum est;illum autem nequaquam accepto,cum non tua sed mea intersit locum et Judicem deligere: sum enim Vicarius et Commissarius Apostolicus,atque in toto Orbe haereticae praevitatis generalis inquisitor,cui tu jure ipso tamquam papae merito parere debes, si te Christianum profiteris; quod cum ita sit,non ruralia,rusticave,incognita,dubia et insecura loca, sed omnes infra scriptas famosissimas et excellentissimas urbes tibi propono: itaque illarum deligenda, in quarum singulis ornatissimae et florentissimae scholae in omni scientiarum genere vigent, a quibus omnis splendor, omneque doctrinae lumen emanat et fluit in populum Christianum, et quoniam non nescius es omnem fidei causam determinandam esse per maximum Pontificem, eligo inprimis SS.D.N.Nicolaum Papam V.verum Successorem Petri, et unicum Christi Vicarium, eligo et omnes Reverendissimos Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos et Metropolitanos Ecclesiae Sanctae Dei, eligo perinde Neapolim, aut Sennas, Parusium, Florentinum, Bononiam, Ferrariam, Paduam, Paviam, Thaurinum, Parisios, Tolosam, Dolam, Osonium, Cantulium, Coloniam, Arphordiam; si quidem hae civitates nimis tibi remotae videntur, eligo Cracoviam aut Viennem; si vero cum effectu ad rem venire desideras, acceptare saltem vel Egram, ubi prae omnibus tuiorem et convenientiorem locum in partibus istis esse autumo, et praefinitum literis serenissimi Domini Regis Romanorum, Christianorum Sanctissimi, ibidem celebrandam esse dietam per Dominum Cardinalem Sancti Petri ad Vincula, qui legationis Apostolicae officio fungetur in festo Sanctae Barbarae proxime affuturo una cum Baronibus incliti Regni Bohemiae et Moraviae. Quam ob rem si acceptare decreveris, illuc perlibenti animo proficiscar: addo et aliud, quod si Regum et Principum Orbis terrae, Christianum nomen sibi vindicantium sententias et judicium requiris, propono tibi omnes infra scriptos serenissimos et Christianissimos Reges et Principes Romanorum: sicuti sunt Franciae, Angliae, Hungariae et Bohemiae, Hispaniae, Aragonum, Portugalliae, Navariae, Poloniae, Hessiae, Cyprae, Duces Burgundiae, Sabaudiae, Mediolani et Bavariae, qui omnes cum innumerabilibus Principibus non sub utraque sed sub una specie tantum communicant: non enim Crumnau, sed civitates et Principes clariores tibi propono. Judex vero erit ille, a quo omnis spiritalis tutela Christianae Religionis dependet, Maximus Sanctissimusque Pontifex Nicolaus Papa V., cujus est legem divinam sacrasque Scripturas interpretari, et declarare, cum hae mutae sint, et loqui nesciant, ut a doctissimis viris non erroneo sed sano intellectu Katholico exponitur.

Spes attamen in Concilio Basiliensi nulla amplius tibi sit, cum post tuum discessum ab illo scriptum fuerit decretum omnium compactatorum declaratorum, cujus copia apud me est, et apud te fuisse, et esse non ignoras, nisi ignis suum officium fecerit. Quale vero nomen tibi sit apud omnem Christianum populum, tibi notum et planum est; clarius tamen id intelliges ex literis Illustrissimi Regis Poloniae ad me datis, quarum copiam punctibus alligatam accurate legere non graveris.

Expectavi viginti septem diebus, ut responsorias ad me dirigeres, et tui mihi diem Simonis et Judae constituis, quae hinc septem dies erit. Non recte quidem sapis mi Rokyczane, per erronea tui gressus dirigitur; dies namque determinanda erat post conventionem statim de loco. Fui in Moravia pluribus diebus expectans literas tuas et nuntios, sed quia nihil mihi significasti, ne tempus frustra consumerem, Bohemiam, quam tantopere visere desiderabam, adivi, summisque laboribus illam quidem illustrare, et imbuiere intendo Verbo DEI, quoad ex alto facultas mihi concessa fuerit: sed spero adhuc Divina suffragante virtute magno Praegensi populo praedicare, devios ad virtutem S. Fidei Katholicae reducere, vitia explantare, et virtutes seminare, sicuti officium mihi injunctum a SS.D.N. Nicolao Papa V. jubet, et requirit, et vult, et Christiana charitas, et animarum zelus me cogit, animat, provocat et invitat. Finem jam dicendi faciam, illud unum repetendo, quod si mecum collationem habere cupis, venire non pigresces constituto tempore Egram, ubi Barones Bohemiae et Moraviae Potentes erunt, sicuti publica vox est

et fama. Quod si facere volueris, tuis literis me redas quam proxime certiore,
ut et ego ad illam proficiscendi tempus habeam, id est salvo conductu: neque enim
confido, cum viderim literas M. Georgii Gubernatoris Pragensis ad M. D. de Rosis
directas, ut me nullo pacto recipere deberet. Quid igitur faceret, si me in suis
manibus haberet, quamquam ex tua industria id factum fuisse facile mihi persua-
deam. Si quidem mecum disputare omnino ardes, quod et ego summopere opto, volo lo-
cum congruum, securum, famosum et tantae rei dignum, ut veritatis splendor omnibus
pateat.

Ex Crumlov in Bohemia XVIII. Octobris 1451.

Fr. Joannes de Capistrano,
ordinis Minorum.

Venerando, Magnifico Joanni de Rokyczana
sibi in virtute Christi et obedientia
Sanctae Matris Ecclesiae Romanae plurimum dilecto.

1451, Sept. 3./Olmütz/.

Johann von Capistran an den mährischen Landeshauptmann Johann Tovačovský von
Limbürg, über die Nichtigkeit der Compactate. 1455 [H. H. 173 n. 248]

396

Magnifice et utcumque excellens domine, more vulgari. In Christo Jesu
recta sapere, et non inanem temporalem, sed aeternam consequi gloriam.

Per tuum specialem nuntium ut asseruit non ex me molestas, sed ex tua ut
ita dixerim excellentia graves periculosasque, necnon et perniciosas suscepi lit-
teras, ignorans tamen, si tuo ex pectore talia processerint, quod ex famosissima
intelligentia tua ac circumspecta discretionem id mihi facile credendum non an-
nuo. Video enim intentionem tuam non passim, non distincte, non discussive, ad com-
pactata innixam totaliter et conversam. Quam ob rem tanto magis compatiior ac
dolore cordis affligor, quanto magis tantum virum noverim ignorare, quam compac-
tatores in his quae speciale mandatum requirerent, auctoritatem habuerint a san-
ctae memoriae Eugenio papa quarto, vel etiam a recolendissimae memoriae tunc
dignissimo cardinali S. Angeli, D. Juliano Romano, qui in studio legali pro veri-
tate dicenda meus conscius comparque in tali facultate per annos plurimos mecum
convixit, mecumque conversatus exstitit tamquam fidelis amicus; quamve etiam
ab ipso Basiliensi concilio, quod etsi bonum principium habuit ex institutione
Martini, utinam nunquam talem exitum habuisset contra sanctae memoriae Eugenium
papam quartum; cujus imaginem, paleam atque sanctineam temerarie, implissime,
malignissime atque diabolice concremarunt; intruseruntque illum pauperimum
Sabaudiae duces Amedeus in papam; verum non in papam, sed potius in basiliscum,
qui tandem divina clementia illustratus, fatuitatem suam deposuit, ac temerita-
tem intrudentium exprobravit, humiliter et devote abrenuntians sanctissime et
justissime, quod inique, maligne et damnabiliter usurpaverat. Cujus poenitentiam
et humilitatem ac submissionem sub oboedientia Nicolai papae quinti omnis catho-
lica ecclesia gratanter et hilariter, pie, benigne et misericorditer acceptavit.
Nec me latet passio, aemulatio, et indignatio Arelatensis, hostis perfidissimi
Eugenii papae quarti, quia eum camerarium apostolicum abnuit instituere. Novit
etiam tua, ut ita dixerim, celsitudo, si etiam post compactata in Iglavia mille-
simo quadringentesimo tricesimo sexto, die quarta Julii, per eos, qui ad eadem
compactata quoad communicationem sub utraque specie processerunt, mandatum spe-
ciale sive ex parte sanctae memoriae Eugenii, sive ex parte D. Juliani in consilio
praesidentis, sive ex parte ipsius etiam Basiliensis concilii nominati in Iglavia
ostenderunt, vel si etiam talia compactata per ipsum Eugenium vel per ipsum
D. Julianum, aut per ipsum concilium Basiliense, vel forte postmodum per SS. D. N.
Nicolaum papam quintum unquam fuerint acceptata, ratificata, authenticata vel
confirmata. Si in hoc quidquam habetis, ostendite: quod tamen nisi videro sub
una authentica forma, minime credam, cum sciam, numquam vere posse ostendi. Magis
autem patet, etiam ipsius Basiliensis concilii consuetudinem communicandi lai-
calem populum sub una specie tantum, ab ipsa sancta et immaculata universali
Romana ecclesia rationabiliter introductam, et hactenus diutissime observatam,
et a doctoribus divinae legis, sacrarum scripturarum atque canonum multam peri-
tiam habentibus jam a longo tempore commendatam, pro lege habendam esse, nec
alicui licitum esse, eam reprobare, aut sine auctoritate ecclesiae ipsam aliter
mutare, sub data Basileae in sessione publica solenniter celebrata X. cal. Janu-
arii anno domini MCCCXXXVII. Compactata autem facta fuerunt MCCCXXXVI, X. Julii.
Patet igitur expresse, quod vestra compactata, de quibus tantum festum agitis,
nedum praedictis evacuata sunt, sed etiam multis aliis rationibus, quas in trac-
tatu, quem super his composui, diligenter et authentice demonstravi. Quas cum ab
altissimo donaretur, libentius facie ad faciem et ore ad os, etiam coram omni chri-
stiano populo; item, utinam ab ipso salvatore D. Jesu Christo sic daretur, ut coram
SS. D. N., Nicolao papa quinto et omnibus RR. Mis cardinalibus, cunctisque praelatis
ecclesiasticis, universisque doctoribus in sacra pagina et alterius cujuscunque
facultatis, pacifice, caritative, tranquille et concorditer, tamquam omnium, minimus
et indignus explicare valerem; cum desiderio vestrae vestrorumque sequacium et
complicium, abjectis mundialibus vanitatibus illecebrisque carnalibus, adipiscen-
dae gloriae sempiternae. Ad quam praevio lumine spiritus sancti in cognitione
catholicae veritatis vos et vestros promoveat divinae sapientiae veridica cogni-
tio, evangelica Christi prolatio, irrefragabilisque doctrina ipsius dom. nostri
Jesu Christi, qui suam sanctam, unicum immaculatamque ecclesiam et sponsam suo
proprio sibi sanguine salute perpetua comparavit et perenniter acquisivit. Vale
interim, dum te propriis oculis aspexero, ad finem gloriae sempiternae. Ex Olomucz,
III. Septembris, 1452, manu festina.

Fidelis orator Frater Johannes
de Capistrano ordinis Minorum.

Palazzo de. in Fontes rerum Austriacarum vol. XX, 1760 p. 29 n. 49 -

Eurotopis swateho Jana Kapistrana. Sept. Franciscus Tabors
Bonè 1858. - Pag. 669 - 707. (397)

157.

Epistola responsiva s. Joannis Capistrani ad sa-

cerdotes Cremisii degentes.

Pro veritate divinis Sacramenti Eucharistiae
sub una specie tantum ad populum laicalem Catholicum et
fidelem non a sacerdotibus de Cremsgr sed ab ipso Domino Jeou
Christo instituti probati et praedijpositi, a Sacrosanctae Romana et
universali Ecclesia Catholica permodificati et perornati juxta ri-
tuni observantiam et consuetudinem sanctae Romanae et uni-
versalis Ecclesiae militantis, quae pro lege servanda est. Satis de-
nim indignum quoenquam vel pontificum vel ordinum subsequen-
tium hanc regulam reputare quam beati Petri sedem et sequi vi-
derit et docere, patet clarissime h. d. c. Nobile etc. Ecclesiasticarum
etc. In his rebus. Et per August ad Casularum prelegitum
dientem; In his rebus de quibus nihil certi statuit divina scripu-
tura, mos populi Dei et instituta majorum pro lege tenenda sunt. Et
sicut praevicariatores legum divinarum, ita contemptores ecclesiasti-
carum consuetudinum coherendi sunt. Et idem Aug. de fide
Christiana dicit: Catholica Ecclesia per orbem diffusa: Tribus mo-
dis probatur existere, quidcumque in ea tenetur. Aut auctoritas
est scripturarum, aut traditio universalis aut certae propriae
particularis instructio. Sed auctoritate scil. scripturarum tota

No,

constringitur scil. Catholica Ecclesia universali traditione

majorum nihilominus tota, privati vero constitutionibus et propriis informationibus unaquaeque pro locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit et regitur. Et in libro contra Mahometicos idem Aug. dicit: Salam est quod in re divina ad fidem valet auctoritas Catholicae Ecclesiae, quae ab ipsius fundatissimis Apostolorum sedibus usque in hodiernum diem succedentium sibi in Episcoporum serie, et tot populorum consensione firmatur. Valet igitur expressissime, quod plenissime papalis auctoritas, quae apostolica communiter nuncupatur, cum ipse papa summus pontifex in plenitudinem potestatis sit vocatus, ceteri vero in partem sollicitudinis s. s. b. c. qui se sit et c. decreto nostro; De causis fidei et de quibus-
cunque dubiis circa fidem concurrentibus hanc judicare, et ad eam tanquam ad matrem omnium Catholicorum et tanquam ad supremam potestatem pro iudicio recurrunt et pro declaratione veritatis per Catholicos undecunque duces.

d. Sic omnis. 2do d. de libell. 1. q. 3. etc.

Non possum igitur non mirari o Sacerdotes de summo. Ego frater Johannes de Capistrano, ordinis minorum minimus et indignus ^{san} Compagnus Apostolicus et Generalis inquisitor haereticae pravitatis per universum orbem institutus a Sancta Sede

3.

Apostolica licet immeritis a felicitate recordationis Martino Papa

Quinto, ut per antientias literas apostolicas evidenter ostendo, quem pro derisione quadam monachum Italicum appellatis, cuius licet, tanquam Acriter impugnanti et condempnanti et hereticanti ad instar tetragonii quatuor regulae infra scriptae dicuntur. Temptatis extranea vocabula interdere, quae tamen (cum reverentia) minime intelligitis, neque scitis cuius casus vel ubi reperitur tetragonii. Tetragona est figura quadrangula omnes angulos rectos habens sicut Tetrameter dicitur quatuor pedum versus est Tetrapota quatuor casuum varietas et tetrarcha quatuor partem regni tenens. Putatis forte tanquam symea pinguere quod non est, dicitis: ad instar Tetragonii quatuor regulae, si divisisset Tetragonae, intellevissent quod potuisset esse casus genitivi vel dativi singularis vel nominativi numeri pluralis. Haec dixerim ex eo, quod nitimini tam accurate tanque pompose scribere, sicut vestri aequales facere assolent pro fumosa nebula vanae gloriae temporales. Astutiae serpentinae mos est linguam solvere et sua verba venenata melle linire. Num sunt regulae quas describitis per sacerdotes de Bremis compositae vel inventae sed compositae fuerunt necum quatuor sed decem regulae in sacro Concilio Constantensi, si bene recolo, per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Johannem de Intercremata, hodie dignissimum presbyterum Cardinalem titulo sancti Silvestri

contra haereses *Vicceleff* *Aug* et *Jeronymi* *patrum* *nostrorum*,
quos pro sanctis colere nunc praesumitis contra iudicium et de-
terminationem sacri Constantiensis concilii Ecclesiam *Ortho-*
licam tunc representantis.

Non advertitis verba primae regulae dicentis:
Sacra scriptura est. *Fidei* *regula*, contra quam bene intellectam etc.
Quid ergo si male et sinistre intelligatur, pro certo ad aliquam
superiorem pro vera intelligentia recurrere oportebit, ut supra evi-
dentissime est ostensum. Sed si bene advertitis verba *Augusti-*
ni de unico baptismo: *Quis* *nesciat* etc. hoc tantum intendit,
quod ex quo sacrae scripturae tam veteris quam novi testamenti
continentia est a sancta Ecclesia approbata et suscepta, de illo du-
bitare omnino non liceat, quod verum et rectum sit, quic-
cunque in ea scriptum esse conspexerit.

Porro in verbo "*canonicam*" cum dicit: *Quis*
nesciat *sacram* *scripturam* *canonicam* etc. Canon enim grece
regula et *consuetudo* comprobata sive institutio dicitur a latinis.
Grinde dicit *Aug. ibidem*: "*Evangelio* non credemus, nisi me *Eccle-*
sia *commoveret*." Canonica ergo scriptura sacra est illa, quae regi-
data est, decreta, examinata et approbata a sacrosancta Romana
universali Ecclesia katholica militante. Nam ut *Isidor* dicit lib. 6.
Etym. C. 16. Canon grece *Regula* dicitur. *Regula* autem dicta
est quia recte ducit nec aliquem aliorum trahit. *Ibi* dicunt *regulam*
dictam vel quod *regat*, vel quod *normam* recte *vivendi* *praebet* ~~—~~

vel distortum praevarique corrigat. Canonos autem generalium conciliorum a temporibus Constantini coeperunt. In praecedentibus namque annis persecutionum ferentium docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Chasthanitas in diversas haereses scissa est, quia non erat licentia Episcopis in unum convenire nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in Concilio Niceno de omni orbe terrarum convenientes juxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. Ecce carissimi, si vultis oculos aperire mentales, cognoscetis aperte, quod Christi auctoritas in Petro remansit principaliter et in aliis apostolis accessorie, a Petro autem et ipsis Apostolis in Petri et Apostolorum successores canonicè intrantes noscitur propagata. Inde et ipse Dominus Jesus Christus dicit Joh. 15. Ego sum vitis, vos pediculi, qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere — denotans unionem membrorum cum capite, quod est ipse Christus Jesus, pro qua etiam unione erat valida efficaciam ad Patrem illa sacramentissima nocte ultimae coenae Joh. 17. d.: Pater sancte, serua eos in nomine meo, quos dedisti mihi ut sint unum sicut et nos. Et infra: Sanctissima eos in veritate, sermo huius veritas est. Et infra: non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint sicut tu Pater in me et ego in te. Et ipsi in nobis unum sint, ut mundus credat, quia tu me misisti.

et ego claritatem quam dedisti mihi; dedit eis, ut sint unum, et
eum et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me, ut sint con-
munitati in unum! Ecce quid est igitur; Nisi manducare
ritus et nisi biberitis Joh. 6. Manducate igitur nobiscum
fidei veritatem, bibe nobiscum Christi caritatem, quia
Deus caritas est et qui manet in caritate, in Deo manet
et Deus in eo. I. Joh. 4. c. Ubi etiam dicit: In hoc cognovimus
spiritum veritatis et spiritum erroris. Si diligamus invicem, Deus in
nobis manet et caritas eius in nobis perfecta est. Et nos cognovimus
et credimus caritati, quam habet Deus in nobis! Tali modo etiam
et Petrus dicit postquam Christus populo declaravit ore verba quae
dixerat; Nisi mand. et nisi bib. *Et infra* tui manducat me et ipse
vivet propter me. Ecce quod sufficit manducare eo modo, quo
Christus intelligit, *Hic est, ait, panis qui de coelo descendit, et*
non dicit: hoc est vinum, nec aliquam mentionem hic fecit de
vinum. Et dicit: qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.
Et non dicit: qui bibit hoc vinum, Nec etiam cum dicit: Bi-
bite ex eo omnes Math. 26, legitis, vinum vel aquam, lac vel mel
aut balsamum sive alium quemcumque liquorem in calice
immississe, sed solum modo; hic enim sanguis meus novi testa-
menti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum
Subjunct tamen: Dico autem vobis, non bibam a modo de hoc qe
nimine vitis Math. 26. Et Marci 14. Et accepto calice gratias agen-
dedit eis, et biberunt et illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis

novi testamenti. Et Luc. 22. Et accepto calice gratias egit et dixit:

Accipite et dividite inter vos. Dico de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et supra dixit: Sicut enim vobis, ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Dicitis ergo ad placitum intelligentia sinistra hora Christus Jesus neque manducavit neque bibit post suam resurrectionem etiam, sed manducavit et bibit in die iudicii, quia tunc implebitur: Et veniet regnum Dei. Et sic ipsum Jesus Christum mendacem judicabit et fallacem. N. aut manducavit et bibit post resurrectionem aut non; patet expressissime quod manducavit et bibit. De manducatione patet Lucae ultimo cum dicit: Habebis hic aliquid quod manducetis? Ad illi obtulerunt et partem piscis assi et partem mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Quod bibit autem probatur testimonio Petri et ipsius Evangelistae Lucae scriptor. Act. 1. Apost. 10. ubi Petrus post conversionem Cornelii dicit de Christo Jesus: quem occiderunt suspendentes in ligno, hunc Deus suscitavit tertia die et dedit eum manifestam fieri non omni populo sed testibus praecordinatis a Deo, nobis qui manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. Patet igitur quod manducavit et bibit. Necnon tamen impletum est in nobis regnum Dei, fuit tamen impletum in illo instanti, quo a mortuis resurrexit. Et sic oportet evangelium cum evan-

necesse, et unum passum sacrae scripturae per alium declarare.
 c. Audiat ergo, quomodo ipse Christus Jesus: "tibi manduca veri-
 et nisi libenteris" declaravit; Spiritus est, inquit, qui vivificat caro-
 nem non predest quidquam; verba quae locutus sum vobis, spiri-
 tus et vita sunt. Sed sunt quidam et vobis, qui non credunt. Ecce
 vel de fide loquitur dicens: "tibi manduca, et nisi libenteris, sic habentis."
 inquit Christus, qui essent credentes et qui traditurus esset eum.
 hanc sunt haec verba qui testimonium perhibet de his, et scimus
 ia verum est testimonium eius. Hoc etiam testatur et Petrus iudem
 cum Christus dixisset ad eludendum: "Numquid et vos vultis abire?"
 respondit Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitae
 aeternae habes; et nos credimus et agnoscimus quia tu es Christus
 filius Dei. Ecce quod de fide intelligit verba Christi, qui etiam cum
 viset: "Quoniam non cibum qui perit, sed qui manet in vitam aeternam,
 quem filius hominibus vobis dabit. Dixerunt ergo ad eum: quid fa-
 mus ut operemini opera Dei? Respondit Jesus et dixit eis: Hoc est opus
 Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Et infra: Factus meus datur
 vobis panem de celo verum, Panis enim verus est, qui descendit de
 celo et datur vitam mundo; ego sum panis vitae, quis venit ad me,
 intelligat per fidem, non erit. Et qui credit in me, non erit in-
 am. Sed dicit vobis quia vidistis non esse et non creditis. Et infra:
 "Hoc est voluntas patris mei, qui misit me, ut omnes qui viderint fi-
 lum et credidit in eum, habeat vitam aeternam et ego resuscitabo
 eum in novissima die." et hoc mutabant ergo Judaei de illo.

9.

quod dividet: Ego sum panis qui de coelo descendi. Si quis man-
 ducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. O coeci duces coeco-
 rum! O surdi nolentes audire veritatem! O claudi retro gradi
 serpentes ut canes, mordentes ut scorpia, carnifices anima-
 rum Christi. sanguine redemptionis comedite panem vivum,
 bibite totum Christum sanum et integrum. Nolite Christum
 aelme tenere mortuum, putantes sanguinem eius non esse cum
 corpore, quia totus Christus fletus secundum totam suam divi-
 nitatem et secundum suam humanitatem: cum anima
 corpore et sanguine omni sua gloria plenus integer et perfec-
 tus sub qualibet utraque specie. realiter coniunctus, totus in to-
 to et totus in qualibet parte, totus, haec est verissima regula, haec
 est vera scriptura canonica, hic canon recte dicens, normam
 recte vivendi praebens, de quo etiam Gratianus meminit

3. d. canon: Canones namque spiritu sancto suggerente con-
 scripti sunt. N. dicit: et si quis diaconus S. d. Erubescant R. R.
 1. q. Violatores canonum de aetate et qualitate e. multis. Cano-
 nica. igitur scriptura dicitur verus et verum testamentum
 ab Ecclesia approbatum quod est, in Summa etc. Ego ubi re-
 feruntur verba e. Aug. ad Jeronimum in epistola episcopi dicentis:
 Ego solus eis scripturam, qui jam canonici appellabant, didi-
 ci hunc timorem amoreque deferre, ut nullum eorum seri-
 benso errate audiam e redere. et si aliquid in eis offendero,
 quod videatur contrarium veritati, nihil a liuel existimo, quam

: Quia Dominus noster J. Christus nos significavit, et ut nos

ad se pertinere voluit, ministerium pacis et unitatis nostrae in
 membra consecravit; qui accipit misterium unitatis et non tenet,
 vinculum pacis, non misterium accipit pro se, sed testimonium
 unum contra se. Nulli ergo aliquatenus ambigendum unum
 quemque fidelium corporis et sanguinis Domini tunc esse partem
 accipem, quum in baptismate membrum efficitur Christi,
 nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiamsi ante
 quam panem illum comedat calicemque bibat, de hoc seculo
 migraverit; in unitate corporis Christi constitutus sacramenti
 illius quippe participatione ac beneficio non privabitur, quum
 in se hoc, quod illud Sacramentum significat, invenit. Tali
 etiam modo intelligitur, quod legitur in lib. Sententiarum
 Prosperi: "Cum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora
 fidelium funditur, quid aliud quam Domini corporis in cruce
 immolatio ejusque sanguinis de lacte fusio designatur."
 Intellige tunc sententiam Prosperi: *Crucis frangit hostiam manibus?*
 Nonne sacerdos? Ergo et in ora fidelium sacerdotum sanguis
 de calice funditur. Intendit enim exprimere, mysterium redemptio-
 nis humanae in hoc divinitimo sacramento representari
 memoriter, sed ideo dicit: *Crucis aliud quam Domini corporis*
in cruce immolatio ejusque sanguinis de lacte fusio designatur.
 Hoc etiam dicit Apost. I. Cor. 11. *Cruciscunque manducabitis*
panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis,

vel mendosum esse codicem vel non esse assecutum interpretem." Ecce igitur, quod sacra scriptura indiget interprete vero autentico et legitimo, qui summus pontifex Spiritu sancto rectus cum Concilio morum Cardinalium et praetatum ac doctorum Catholicorum de causa fidei iudicat et decernit et supra. Hinc Aug. in 1^{ma} epistola ad Hieronymum dicit: Sicut veterum librorum fides de Hebraeis voluminibus examinandam est, ita novorum veritas graeci sermonis normam deinde rat. In eadem etiam d. describitur est praedicta regula Augustini quam allegatis: Quis nesciat etc. Sic etiam Innocentius Decretorum (sic) Episcopo scribens ait: Quis nesciat aut non advertat, id quod a principe apostolorum Petra Romanae Ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari nec suppositici aut introduci aliquid quod auctoritatem debeat abunde accipere vel exemplum. Et 17. dicit: Sanctus Calixtus papa ait omnibus episcopis: non deest a capite membrum discedere, sed iuxta scripturae testimonia omnia membra caput sequantur. Nihil vero dubium est, quod Apostolica ecclesia metus sit omnium ecclesiarum, a cuius vos regulis nullatenus convenit deviare. Et beatus Gregorius papa dicit: Apostolicis preceptis non debita superbia resistatur, sed per obedientiam quae a Sancta Romana Ecclesia et Apostolica auctoritate iussa sunt salubriter, implentur, si quidem sanctae Dei Ecclesiae, quae caput est, veram communionem habere desideratis. Non igitur vobis licet Sacrosanctis de Exempts veterae

matris viscera lamiae et unitatem scinderet fumicae inconsultis
 Domini nostri J. Christi: corporis et sanguinis sui Sacramentum
 et vinculum unitatis, ut Aug. dixit. Sicut enim et multas gra-
 vis unus panis conficitur et ex racemis unum vinum conficitur,
 ita nos multi unum corpus sumus, singuli autem albet alterius
 membra in Christo. Item Dominus nostro ut dicit Apostolus ad Ro-
 manos 12. Et Aug. ait: Quia passus est pro nobis Dominus, commen-
 tavit nobis in isto sacramento sanguinem suum et corpus quod
 etiam fecit nosmet ipsos, nam et corpus ipsius nos facti sumus
 et per misericordiam eius quod accipimus, nos sumus. De consec.
 l. 2. Quia passus est. Et infra: Ad aquam venistis et conpressi es-
 tis et panis Domini facti estis, sic unum estote vos diligentes,
 vos tenendo unam fidem, unam spem, individuan caritatem.
 Haeretici quum hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt,
 quia illi quaerunt divisionem, cum paritate indicet unitatem.
 Sic et vinum in multis racemis fuit et modo unum est vi-
 num, unum est in sua naturate. Calix post presuram tot-
 ularis impletur et vos post illa jejunia, post labores, post hu-
 militatem et contritionem in nomine Christi jam tanquam
 ad calicem venistis et ibi vos estis in mensa. et in calice nobis,
 unum vos estis, simul enim hoc sumimus, simul bibimus,
 quia simul vivimus, sane intellige, quia de sumptione et bibe-
 tione spiritali loquitur i. e. de unione mistici corporis Domini
 nostri J. Christi. Et hoc etiam dicit in sermone de infantibus:

communicavit, quod hodie nefas est ut dicit beatus Aug. et
 IV. in c. liquidor de conse. d. 2. da. Sic etiam et Christus Jems nocturno
 no tempore hoc sacramentum instituit ut communiter creditur.
 Hodie autem, ut dicit beatus Thomas in 4. sententiarum d. 14 in
 die missa celebranda est et non in nocte, quia hoc sacramentum
 ad tempus gratiae pertinet, quod per diem significatur secundum
 illud Apostolice Rom. 13.: et per praecessit, dies eadem appropinquat.
 vit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum et induamini armamentis,
 sicut in die honeste ambulemus. Dies autem judicabit non solum
 et ortu solis, sed ex quo insipient oribunt solis signa manifestati
 per aliquam aëris illustrationem. Et duabus tamen noctibus
 missa cantatur per privilegium illarum noctium sicut in
 nocte natiuitatis Domini, quoniam Christus natus est, ut patet in c.
 Consulisti de coeli miss. d. 1. c. noct. Tres namque missae illa
 la die celebrantur propter mysterium, quod per illas tres missas
 representatur ut dicit Glo. in dicto c. Consulisti: videlicet status
 ante legem in nocte, status sub lege in aurora, status gratiae circa
 horam tertiam etc., de quibus nulla descripsi in nostro prohi-
 ori tractatu contra hereses Arianitarum, quamobrem verba se-
 cunda conclusio falsa est, quod institutio et praesens Christi et tradi-
 tio apostolica de necessitate salutis vel ex praescripto Christi popu-
 lum laicalem sub utraque specie communicare debere et quam
 maxime cum nefandissima abominatione, quod etiam infantes

unius diei baptisati statim communicare debeant, sub utraque specie, quod fuit heresis Pelagii et Nestorii et mille annis et ultra eternarum (sic) condemnationum. Vos autem nullis illarum revocacione et renovare ergo nequam hereticis: sed heresia rebus tales sunt iudicandi ut patet 24 q. 3.: Qui aliorum. Ubi sanctus Papa Urbanus sic dicit: Qui aliorum defendit errorem, multo amplius est dampnabilior illis qui erant, quia non solum ille errat sed etiam alius offendicula errorum praeparat et confirmat. Unde quia magister erroris est, non tantum hereticus, sed etiam heresiarcha dicendus est. Ad quod accedit decretum concilii Lateranensis in c. Sicut autem beatus Leo. Ubi ita excommunicantur defensores et receptatores hereticorum sicut et ipsi heretici. Et in c. Excommunicamus. brevis eodem li. Et hoc pro secunda regula et falsa vestra conclusionem.

Tertia regula contra vos militat existissime. Vos enim estis illi, qui sacram scripturam ab eis intelligere praesumitis et interpretari quem sensus Spiritus sancti flagitat a qua scriptura est ps. 84 q. 3. c. heresis. Ex quo etiam vestra conclusio falsa patet sicut supra in prima vestra regula carissime est declaratum. Nam spiritus sanctus ex ore sui spiratoris Jesu Christi veri Dei filii, a quo sicut a Patre Spiritus Sanctus ipse procedit locutus est Joh. 16 pro declaratione autem verborum illorum: Nisi manduc. et n. bibet, inquiring: spiritus est, qui vivificat

Haec et secundum beatum Aug.: Prima heresis in discipulos

Christi velut a duritia ejus sermonis facta est. Cum enim dicit: "nisi quis manducet, etc." Illi vero non intelligentes dixerunt ad invicem: "Durus est hic sermo" et separaverunt se ab illo et remansit cum duodecim. Discedentibus illis instruxit eos qui remanserant: Spiritus est inquit etc. Canones igitur sancti sunt et ab omnibus fidelibus observandi. Nam ex ipsis canonicis sanctam obedientiam, unionem ecclesiasticam, disciplinam et publicam utilitatem in omni populo Christiano et catholico et Christi vere fideles ~~canonice~~ ^{canonice} observamus ut notat Joh. antioch. in. c. Cum venerabilis de consuetudine. Felicis canones sacratissimi appellantur et sancti 4^{to} dum pervenit 2^{do} d. pervenit 7^{mo} d. sanctorum canonum. Et canones animati dicuntur Papa et cardinales 2. q. 3. c. Epsi sunt. Debitus ergo sumus et obligamini atque tenemur regulas canonicas observare 9. q. 3. c. Cum sumus 19. d. c. Si Romanorum etc. c. Si omnis etc. c. Cum vero et c. nulli et 10. d. c. 1^{mo} et 2^{do}. Sancta igitur Romana Ecclesia habet jus condendi canones et canonicis auctoritatem parare et non subiecit eis 27. qu. 1. — Et ibidem habetur quod Papa est Dominus canonum et potest eos mutare et corrigere clare tamen circa fidem non errante, quae nunquam errare potest, ut dicit Christus Verus veritas, in abstracto ~~pollicitus~~

est Petro pro se et suis in officio successoribus dicens: Tibi dabo
Ann. claves regni coelorum" super se ipsum Christum Jesum petram
 quoniam tuam Ecclesiam firmans et asserens, quod portae inferi
 non praevalebunt adversus eam. Super quibus verbis Ciriillus dicit:
 Quod sicut Christus promissit, ita Ecclesia Petri in e. Petro commisit.
 Quae ab omni seductione immaculata manet super omnes praepositos
 episcopos et Primas Ecclesiarum in suis pontificibus in plenissima
 fide et auctoritate Petri, et cum Ecclesiae quorundam errore sint
 recundatae, omnia obtutans ora hereticorum. Et sic portae inferi he-
 reticae et heretici designantur. Et hoc pro prima regula et prima
 conclusione vestra falsae.

Ad secundam, valde intricatam dico et respon-
 deo, quod multa sunt quae sancta mater Ecclesia etiam modernis
 temporibus declaravit et declarat continue ultra ea, quae apostoli
 et eius praesepit sancti doctores interpretati sunt, de quibus
 ad praesens dixere longum est, ut de imaginibus sanctorum
 et sacramentis Ecclesiarum, de ornamentis sacerdotum et
 clericorum celebrantium et ministrantium, de modo celebra-
 di, de tempore. Legimus namque: Petrus sacerdotalem cathedram
 in partibus orientis annis quatuor tenens primo celebravit mis-
 sam dicendo solummodo Pater noster, ergo et nos nunc ita
 dicatis, quod non consulat Christus Jesus post coenam hoc divi-
 nissimum sacramentum et ipse cum suis 12. apostolis

caso autem non potest quicquam. Verba quae ego locutus sum, spiritus et vita sunt etc.

Quarta vestra regula post commendationem sacrorum quatuor doctorum tota venerosa. Et quam dicitis, "quam illi moderni expositores et pertractatores ambitione seculi et venere aspidum est syroniaca heresi infecti." "Ipsi enim dicitis," "non solum modernis expositoribus sed et Romanis pontificibus in sacrum scripturarum expositionibus praeparantur," propter quod fundare intenditis vestram quartam falsissimam conclusionem, quod contestentur ipsi sub utraque graece communionem necessariam esse populo christiano, proquanto ipsam sub egyptici specie extendere intenditis ad populum laicalem, quem falsissimam nunquam in aeternam probare valebitis. Cuiusmodi de tanta vestra proberia et arrogantia. Docuistis enim linguas loqui mendacia. Extendistis linguam vestram quasi arcum mendacii et non veritatis: confortati sunt in terra, dicit Dominus, coctus praevicatorum, quia de malo ad malum egressi sunt et me non cognoverunt, dicit Dominus. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: ut inique agerent, laboraverunt. Sagitta ruberans lingua eorum, dolium locuta est, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, et occulte prout ei insidias. Namquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gente huiusmodi

non ulciscetur anima mea? legit Jerem. c. 9. in 28. d. de-
cretalis. Perolvite diligenter, ubi invenietis quod auctoritates
doctorum sententias Romanorum Pontificum proponantur?
Quare facilius reperietis ipsos quatuor doctores contrarium expressisse.
Nam 1. mo Jeronymus scribens ad sanctum Damasum papam dicit:
Haec est fides papa beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus,
quamque semper tenuimus, in qua si minus perit aut parum caute
forte aliquid positum est, emendari cupimus a Te, qui Petri et sedem
hnesset fidem. Si autem haec nostra confessio apostolatus tui iudicio
comprobatur, quicumque me culpate voluerit, se imperitum aut male-
volum vel etiam non catholicum sed etiam hereticum comprobabit.
Item: Sancta Romana Ecclesia, quae semper immaculata perman-
sit Domino providente et beato Petro Apostolo opem ferente in su-
turo manebit, sine ulla hereticorum insultatione firma et im-
mobilis omni tempore persistet, legit 24. q. 1. c. haec est fides etc.
Beatus autem Ambrosius eadem causa et q. dicit sententiarum Ma-
gister: Non turbatur navis, quae Petrum habet, turbatur illa, quae
Judam habet, talis est vestra. Subdit: Etsi multa illic discipulo-
rum merita navigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia
agitabat. In utraque Petrus, sed qui suis meritis est firmus, turba-
tur alienis. Caveamus ergo perfidum, caveamus proditorem, ne per-
vium fluctuemus; ergo non turbatur haec navis, in qua provi-
dentia navigabat, abest perfidia, superat fides; quomodo enim

turbari poterat, si cui praeerat is, in quo Ecclesiae fundamentum est? Illic ergo turbatio, ubi est modica fides, ubi securitas ubi perfecta dilectio. Denique et si aliis imperatur, ut laeret retia ma- soli lamens Petro dicitur: Que in altum, id est in profundum disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem divinarum videre i. e. scire Filium Dei et professionem divinae generationis assumere? Quam licet mens nequeat humanae plene rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitu- do complectitur. ¹¹ Ecce quam solemniter beatus Ambrosius Apostolice sedis culmen exultat! Nunc audite quid Aug. super Johannem tractans verba Christi Math. 16 quodcumque ligave- ris etc. ait. Aug. Si hoc Petrus tantum dictum est, non hoc facit Ecclesia. Si autem in Ecclesia sit, utique quae in terra ligantur, ^{ignantur} et in caelo, et quae solvantur in terra, soluta sunt et in caelo, quia quem excommunicat ecclesia, in caelo excommunicatus, quem reconciliat ecclesia, in caelo solvitur reconciliatus. Si ergo hoc in Ecclesia facit Petrus, quum claves accepit, ecclesiam sanctam significavit. Si in persona Petri significati sunt in Ec- clesia boni, in Judae persona significati sunt in ecclesia mali 2. 4. q. quodcumque. Et idem Aug. eodem ca. et q. dicit: Ubi sana fides non est, non potest esse justitia. Dilectio enim proti- mi malum non operatur, quam si haereticus habent, non dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia.

Ecce quomodo Aug. contra vos testatur & sacerdotes de Bremppr.

Andite nunc ergo quid Gregorius dicat in Moralibus, quia ex sola
 catholica ecclesia veritas conspicitur: apud se esse. *Domine Dominus pet-*
hibet, de quo videatur. In petra Moyses ponitur, ut Dei faciem
contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, divinam
praesentiam non agnoscit, de qua soliditate Dominus dicit: Super
hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, sola quippe est, per quam
 sacrificium Dominus accipit libentes, sola quae pro errantibus in-
 tercedit. *Inducialibet. Unde et de agni hostia Dominus praecipit do-*
cent: In una domo comedetis, nec defentis de carnibus eius
extra fores. In una namque domo comeditur, quia in una
catholica ecclesia vera hostia redemptionis immolatur, de cuius
carnibus divinae leg. effecti foras prohibet, quia dare sanctorum
carnibus vetat. Sola est, quae intra se positos valida caritatis compa-
re custodit. Unde et aqua diluuii arcam quidem ad sublimi-
ora sustulit, omnes autem, quos extra arcam invenit, extinxit.
 Et hoc contra vos est, qui corpus Christi misterium scindere non
 curatis. Ut autem tamquam coeci visum recuperatis pro intelligen-
 tia veritatis, cum dicitis: *Quod expositiones doctorum in sacra-*
rum scripturarum expositionibus Romanis Pontificibus praee-
ponuntur, intelligatis etiam, quid idem Gregorius dicat 19. d. c. i.
 Nulli fas est velle vel posse transgredi apostolicas sedis praecipula
 vel nostrae dispositionis ministerium, quod vestram oportet sequi

(Caritatem)

Sit ergo minae suae dolore probatus quisquis apostolicis voluerit
contrarie decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extra-
neus a sancto fiat ministerio, nec de eius iudicio quoquam potesta-
tatem habeat, quia iam dampnatus a sancta et apostolica ecclesia
sua irobedientia atque praesumptione a quolibet esse non dubitatur!
Quod autem auctoritas apostolica i. e. summi Pontificis sanctae Ro-
manae Ecclesiae praevaleat super auctoritates quovisunque doc-
torum, o rebelles, veritatis Spiritus sancti, audite et attendite, quod
Nicolaus papa scribit 19. d. dicens: "Si Romanorum pontificum
decreta ceterorum opuscula tractatorum approbantur aut repro-
bantur ita ut quod vere sedes apostolica approbavit hodie
hinc acceptum et quod illa reprobavit, hactenus inefficax ha-
beat: quanto ergo potius quae ipsa pro catholica fide, pro sa-
nis dogmatibus, pro variis et multiplicis ecclesiae necessita-
tibus et fidelium moribus diverso tempore praescripsit, omnide-
bent honorè praeferi et ab omnibus prorsus in quibuslibet opi-
portunitatibus discretionè vel dispersione in gratia reverentur
assumi. Et cyprianus papa dicit: Sic omnes sanctiones sedis apo-
stolicae accipiendae sunt, tamquam ipsius divina voce Petri
firmatae. Et Leo papa dicit: Haec Dominus noster Iesus Christus
humani generis salvator instituit, ut veritas quae antea legis et
prophetarum praecanonio continebatur, per apostolicam tubam in-
salutem universitatis eriret et l. sc.: "Huius muneris sacramen-
tum."

ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principatibus collocaret, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, ut extraneis se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri solitudine recedere. Hunc enim in consortium individualis unitatis assumptum, ideo quod ipse erat Dominus, voluit ramina-ri dicendo: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, ut aeterni templi aedificatio mirabili manere gratiae Dei in Petri soliditate consistat; hanc etiam ecclesiam sua firmitate corroborans ut illam nec humana lenitas possit appete- nec potest inferi contra illam praevale- re; at veram hanc petrae istius sacratissimam firmitatem Deo, ut dicimus, aedificante constructam nimis vult impia praesumptione violare, quisquis eius potestatem, temerari- bus non sequendo. Si vultis dicere veritatem, attendite, quod in negotiis diffiniendis non solum necessaria est scientia, sed etiam potestas. Unde Christus dicitur Petro: Quodcumque ligaveris super terram etc. prius dicit: Tibi dabo claves etc. qui coelorum, in alteram dans ei scientiam discernendi inter- legam et legam, in alteram potestatem ejiciendi aliquos de Ecclesia vel recipiendi. Cum ergo quaerit negotia finem

inferunt necessitas sub utraque specie communicandi; sed solummodo
 illis quibus dicitur: accipite et comedite. ~~Et~~ ^{Et} postmodum: Bibite et eo
 omnes. Eccl. Mart. infringit 14c. Et biberunt et eo omnes, ergo im-
 plerunt mandata. Erant tamen prius effecti sacerdotes quum
 biberunt et eo omnes quod patet ex illis verbis per Lucam lan-
 tummodo scriptis inter Evangelistas: Hoc facite in meam
 commemorationem. L. 22, prout omnes catholici doctores
 communiter asserunt et tractant in 4. sententiarum 197 et
 18 d. Pari modo ad secundam auctoritatem quam addu-
 citis: Nisi manduc. et nisi bib. nulla inferunt necessitas nisi
 pro spiritali manducatione per fidelem animae unionem
 cum Christo Jesu et cum suo corpore mystico observanda,
 veluti vobis ostensum est, sic et ad tertiam ex verbis Apostoli
 I. Cor. 11. Ex praecepto vel necessitate salutis nil concluditur
 ad populum layalem nisi pro repraesentatione passionis Domi-
 ni n. 17. Christi. Inde dicit sacerdotibus: Quaecumque man-
 ducabitis panem hunc et calicem bibitis, mortem Domini annu-
 ntiabitis, donec veniat. Non enim layci annuntiant et prae-
 dicant in Ecclesia mortem Domini sed sacerdotes, non mulieres
 sed viri, non parvuli sed protecti. Nonne expresse prohibuit A-
 postolus mulierem praedicare I. Tim. 2. 11, 12. dicens: Mulier
 in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mu-
 lieri non permittit nec dominari in viris, sed esse in silentio.

Et sancta mater Ecclesia nomine expresse sub anathemate prohibet et interdicat

habet et interdicat dapis, unius cujuscunque ordinis censeantur, officium praedicandi? Lex si ut patet in c. Sicut in uno et in c. Communicamus. Et Apostolus ipse ad Rom. 10. Quomodo praedicabunt nisi mittantur? Nonne et ipse Apostolus ob increpationem contra ipsos Corinthios incepit dicens: Primum quidem convenientibus vobis in unum audio scissuras esse, sicut vos facitis sacerdotes nequam de Bremis. Subjungit: nam oportet haereres esse ut qui et probati sunt, manifesti fiant in vobis? Nolite contra vos: Convenientibus ergo vobis in unum jam non est cenam Dominicam manducare, non autem sanguinem bibere. Et infra: laudo vos, in hoc non laudo! Et hunc factum refert dicens: Ego enim accipi a Domino etc. non ergo percipit, sed narrat institutionem Domini, referens etiam mandatum Domini ad sacerdotes sicut habetur ad Apostolos: Hoc facite in meam commemorationem. Et generaliter loquens disjunctive: Quicumque manducaverit panem hunc prout lageni vel bibit calicem Domini indigne, sicut vos facitis et ministratis, Videbit quid sequitur: Pens erit corporis et sanguinis Domini. Et infra: Qui enim manducat et bibit indigne sicut vos et vestri debecat et fascinati, iudicium sibi manducat et bibit non dignicans sanguinem, eo quod in ipso corpore Domini reales continentur ejus divinitas et tota ejus humanitas sc. anima, corpus, sanguis

et omnia quae conveniunt adesse hominis per assumptionem
 compassionem, conjunctionem et consubstantiam et unionem. In
 proferendo igitur vulgunt epistolus propter abusum et indig-
 nantur susceptionem: "Ecco inter vos multi infirmi et imbecilles
 et dormiunt multi." Et infra concludit: "Ecce autem quum
 venero, disponam!" Nihil ergo praecipit apostolus de communi-
 one sub utraque specie laicis exhibenda etc.

Ad quartam auctoritatem Augustini, quae la-
 men est Sancti Properi et non Augustini, sicut vos allega-
 tis: "Cum frangitur etc. Nos relative jam supra responsum
 est, quod talia verba ad sacerdotes referantur, non autem
 ad populum laicalem, neque aliqua talis auctoritas con-
 cludit de necessitate salutis vel de praeccepto instituentis;
 frangitur hostia per sacerdotem, non per laicum, non per
 mulierem, non per infantulum.

Talis autem fractio fit ad id quod auctoritas
 sonat, videlicet ad significationem et memoriam passionis et
 mortis Domini, frangitur autem in tres partes sicut tres par-
 tes sunt mystici corporis Domini nostri J. Christi videlicet bea-
 torum, viatorum et purgandorum, prout magister tractat
 in 4 sentent. d. 12. Et de conse. d. 2. c. Informe etc.

Ad quintam quod "Domini morte" attendit
 verbum, quod dicit: "significamus." Sacerdotes ergo sunt illi,

qui in edendo et potando carnem et sanguinem Domini-

ni eius passionem recolentes significant et adiungunt,
nec tamen etiam Augustinus aliquid dicit ibi de ne-
cessitate communionis laicorum sub utraque specie,
quod tamen ipse improbat et contra Pelagium et
Nestorium etc.

Ad sectam: Qui calicem, id est, sanguinem
Christi per se ponit" etc, respondebit, quod multas
diversitates vel divisiones gratiarum sicut Apostolus dicit
I. ad Cor. 12. "De spiritalibus autem nolo vos igne-
rare fratres." Et infra: "Divisiones gratiarum sunt, idem
autem spiritus." Et nihilominus cum enumerasset ibi
novem species gratiarum, multas interduos mystici
corporis Domini nostri J. Christi per diversa membra
concurrere subjungit: sicut enim unum corpus est
et membra habet multa, omnia autem corporis membra
cum sint multa, unum corpus sunt, ita et Christus. Et enim
in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptisati
sumus. Nam et corpus non est unum membrum sed
multa, Et sic expressissime patet, quod de unione my-
stici corporis loquitur. Et si dicat, glossa; quod mensa et
calix distinguunt diversas gratias, nihil tamen habet vel pro-
positum de praecepto vel de necessitate salutis, sicut vos

suadetis coecis, pauperibus, ignorantibus, non dicit: "coecis, claudis, paralyticis, contractis et aliis miseris infirmis et afflictis, sicut coepose loquens sentia sum expertus in multis, qui pro abolitionis beneficio ad me venerunt." Nam et si ille psalmus bb. sc.: "Dominus regit me," in psalmista scripsit deum dona Dei, quae glossa ordinaria vocat decem gratias, et post novam gratiam ponit auctoritatem praedictam quae non incipit, ut res ponitis sed incipit: non quod calicem sanguinis Christi psalmista potest ponit quasi aliam gratiam a mensa i. e. a carne, cum tamen etc. In qua auctoritate implicite soluit laenam quaestionem, cur psalmista enumerat praedicta dona Dei seu gratias mensam i. e. Corpus Christi et calicem i. e. sanguinem Christi distinguit vel ad duas gratias i. e. dona Dei, cum tamen species panis et species vini sint unum sacramentum totale et non duorum, et caro Christi non possit de lege communi esse aut sumi sine sanguine et e converso, et quod totus Christus et sub utraque specie. Et respondendo dedit istius praedictionis tres causas. c. Prima est distinctio essentialis corporis Christi et sanguinis eius et istam tangit, cum dicit: "Sed quia nec caro est et sanguis nec sanguis et caro." Secunda causa est diversitas conversionis. Et istam innuit, cum subiungit: "Et panis in carnem convertitur et vinum in sanguinem et non e converso." Tertia est distinctio specierum panis et vini, et istam nominat cum addit: "Et sub diversis speciebus utrumque que trinitur." Et quibus patet quod glossa in ista auctoritate

loca nihil loquatur de communiore sub utraque specie necessaria, ut dicitis populo laicali. Et si dicat: "sub diversis speciebus utrumque trinitur," verum est per sacerdotes, ad quorum officium pertinet conficere et sumere sub utraque specie populus perfectam sacramenti significationem.

Ad septimam: "Sacerdotes, qui Eucharistiae serviant" etc., respondetur, quod auctoritas ista nihil est ad propositum de communiore populi sub utraque specie, quia sacerdotes communicantes populum sub sola specie panis vere edunt et ministrant ei sanguinem Domini, eo quod non est corpus sine sanguine prout dictum est, et non plus innumit verba auctoris ad hoc propositum. Et verbis etiam Jeronymi innuitur, quod errant sacerdotes, qui ad digne celebrandum hoc sacrificium putant ~~sufficere~~ verba consecrationis cum orationibus reliquis et solemnitatibus missae, et quod non requiratur etiam bona vita in sacerdote, qui enim male vivit, non digne celebrat, sed impie agit in legem Domini nostri Jesu Christi secundum d. Apostoli verbum (I. Cor. 11, 27.): "Itaque quicumque mandaverit panem etc. plus erit corporis et sanguinis Domini, et: iudicium sibi manducal et bibit." Possunt etiam praedicta verba contra vos redundare, quod impie agant in legem Christi sacerdotes, qui sanguinem Christi populis dividunt, sicut vos facitis, cum in veritate sanguis Christi glorificatus nullo modo possit

se corpore dividi. Et quomodo cumque talis auctoritas intel-
ligatur, de communi sub utraque specie populum
laicalem nihil intendit etc.
Ad octavam: „Quid sit sanguis Christi etc.“ Textus dicit.
Augustini, cum dicit: „bibendo didicisti“ si actualiter
intelligitur, refertur ad sacerdotes. Et cum subiungit,
epus sanguis non jam in manus infidelium sed
in fidelium ora funditur, dicit glossa sc. omnibus
consecratis vel aliis indigne. Et sic patet
quod de sacerdotibus loquitur. Sed dum eos celebratis
si presbyteri estis secundum ea, quae scribitis et
tenetis, tunc sanguis Christi non profunditur in
ora fidelium, cum neque Christi neque sanctae mat-
ris Ecclesiae fidem servetis, quam promissio tam
in baptismo quam in sacerdotali ordine. Possumus
etiam hunc locum et aliter consolari. Nam in
auctoritatibus sanctorum non oportet tantum attende-
re ad rigorem verborum, quantum ad mentem et
intentionem eorum, sicut ipse idem Gregorius dicit
in c.: Praeterea inquit, si ~~pro~~ ^{pro} ~~libam~~ ^{libam} epistolam
meam ad interpretandum accipere te fortasse con-
tulerit, rogo non verbum ex verbo, sed sensum ex
sensu transferri, qui plerumque, dum proprietates
verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.

Thybarius dixit: "Intelligentia dictionum et causis est assumenda dicendi, quia non sermone res sed rei sermo est subiectus. Non enim in foliis sed radice ratio. nis et in sermo consistit evangelium." 1. q. 1. Marcion. Nam si rigorem verborum attendimus, non est verum, quod etiam sacerdotes naturalem Christi sanguinem ole calice bibant, cum ejus sanguis naturalis sit in sero corpore glorificato inclusus in venis. Intentio igitur Gregorii est illi terminis, bibendo et hauciendo pro susceptione et receptione sacramentali et spirituali. Et tali modo fideles sanguinem Christi sumunt sub specie panis ut dictum est, quia ut dixit sanctus Thomas: Caro cibus, sanguis potus, manet tamen Christus totus sub utraque specie. A sumente non concius, non confractus, non solvitur integer accipitur etc.

Ad nonam: "Quia in morte Christi liberati sumus" etc. Sicut exprime quodammodo intelligere quod loquatur de sacerdotibus, qui conficientes et sumentes faciunt hoc ex officio ad memorandam et perfecte significandam passionem Christi et perfectam redemptionem nostram in anima et corpore, licet enim per Christi mortem et passionem simul liberati in anima et corpore, tamen ista liberatio non significatur tam perfecte per confectionem et sumptionem

sub una specie tantum. Et ideo per sacerdotem, ad quem spectat perfecta significatio, conficitur et sumitur sacramentum sub utraque specie ad hoc, ut per oblationem Christi sub specie panis significetur liberatio corporis nostri et sub specie vini significetur redemptio anime nostre. Et hoc innuit Magister Sentent. in 4. d. 8., cum post praedicta verba et notorie subdit: tamen sub utraque specie sumitur quod ad utrumque valet, quia sub utraque specie sumitur totus Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum i. e. corporis solamen, non utriusque pariter tuitionem valere significaretur. Ecce, quomodo loquitur de significatione, quum non dicit: ad alterius tantum tuitionem valet, sed dicit: ad alterius tantum tuitionem valere significabit etc.

• Ad decimam: Quamvis sit totus Christus sub utraque specie etc., responderetur, quod sanctus Thomas in 4. sentent. d. 8., ubi communiter omnes doctores theologi tractant hunc passum de communiore sub specie panis tantum ad populum laycalem, et affigunt efficaces rationes, quare hoc sit introduendum, quas hic breviter causa omittit. Non est ergo sanè amare impieque putandum, quod sanctus Thomas velit sibi ipsi tam expresse contradicere, et se ipsum proprio gladio necare, sed potius caute loquens

intendit assignare causas, quare sacramentum hoc dividitur in duas, quamvis sit totus Christus sub utraque specie, non frustra conficitur et per celebrantes sumitur sub utraque specie. Et assignat has causas quas omnes intendit referre ad expressionem significationem. Unde hoc primo dicit fieri ad representationem passionem Christi, quae fuit in corporis afflictione et sanguinis effusione. Secunda est propter expressionem significationem completae refectionis spiritualis, quod, licet sub specie panis sumatur etiam sanguis, non tamen ibi sumitur per modum potus, et sic licet semper sub specie vini sumatur etiam corpus Christi, non tamen per modum cibi. Et ideo ut sumatur corpus per modum cibi et sanguis per modum potus, per sacerdos sumitur sub duplici specie, ut sic significatio perfecta refectionis spiritualis. Et quum in aliquibus ecclesiis solebat exhiberi levitis et subdiaconis ministrantibus in sacris vestibus, non tamen propterea sequitur, quod etiam sanguis Christi ministrari debeat et exhiberi populo laicali et mulieribus et infirmis, cum fuerit etiam expresse prohibitum et in Constantia et in Basilea; quod etiam nec subdiaconi nec diaconi debent communicare sub specie vini. Tertiam causam allegat *scilicet*. Thomas ad expositissimam significationem distinctos effectus sacramenti, non tamen ad causandum. Nam licet sub sola pane specie offeratur caro Christi pro salute corporis nostri et sanguis pro salute

animae, non tamen fit hujus oblationis pro anima et corpore tam ex ipse significatio, cum sumitur sub una specie tantum, sicut cum sumitur sub utraque specie. Et hoc docet

glossa I. Cor. 11. Et magister tenent, in 4. d. 2. ubi dicit; *Et deo in duabus speciebus celebratur, ut animae et carnis susceptio a Christo et utriusque liberatio in nobis significetur.* "Sed ut dictum est, talis significatio perfecta et completa ad sacerdotem pertinet celebrantes ut in c. Relator, et in c. Comperimus de consec. d. 2. etc.

Ad undecimam: Bibite vinum etc. Minor de vobis, quid ex hac auctoritate habetis? Nichil aliud nisi quod in utraque specie communicabant antiquitus fideles. Hoc nullus negat, nec tamen hoc necessarium salutis inducit, nec Christi praeceptum. Nam ipse ille Nicolaus de Lyra super illis verbis Domini Jesu: "Nisi manducaveritis et nisi biberitis," dicit ex ipse; "Non est per hoc intelligendum, quod hoc sacramentum sub utraque specie sit fidelibus ministrandum, sed tantum hoc modo a sacerdote est sumendum; licet enim in primitiva ecclesia populus sub utraque specie communicaret, tamen postea provide ordinatum est, ut non communicet sub specie vini propter periculum effusionis." Ecce contra vos expressissime etc.

Ultimo more vestro ordinem introducere per talis mendose et falsissime asserentes, quod Christus Jesus quoad laycos sub utraque specie hoc sacramentum intulerit,

exhibendum, et quod Constantiense et Basiliense concilium hoc
 salcatur. O magna temeritas vestra, o insania diabolica, o festi-
 natio pessima! Quomodo vestra permississima conscientia et
 vester obnubilatus intellectus et lenitotus lam-
 pati possunt? Nonne Constantiense concilium determinat ex-
 se, quod laici quicumque et sacerdotes nolentes a susceptione et
 administratione sub utraque specie desistere, tanquam heretici
 punirentur? Cujus decreti tenorem sub bulla plumbea feli-
 cis recordationis Martini papae quinti penes me teneo. Nonne
 et concilium Basiliense confirmavit decreta Constantiensis
 concilii, et novum edidit expressissime contra vestras hereses?
 Displicet vobis hoc nomine appellari, sed a nominis effectu cessare
 non vultis. Fecistis desingi meam imaginem in dedecus etri-
 pendum non considerantes, quod hoc mihi in divina pi-
 etate et misericordia cedit ad praemium! Recordamini
 quod alia vice jam sunt elapsi tres anni, venientes huc ad
 sermones meos audiendos in strata publica tanquam latro-
 nes exitis humilim cum vestris exercitibus sequacibus arma-
 ta manu cum lanceis et ballistis ad capiendum quadra-
 ginta personas vel circa de Radisch (Radisch) inter quas e-
 rant aliqui presbyteri et diaconi et forte alii clerici, quos
 licet innocentes totaliter erga vos autem temerario et animo
 venenato in opprobrium veritatis Dei et scandalum ac vilii-
 pendium totius populi Christiani carcerastis, vinculastis et fa-
 me et tibi terribiliter afflicistis. Nescitis quod omnis qui

interfuerunt in illa captiva, quicumque praestiterant consensum, auxilium et favorem vel consensum aut quocumque modo participes fuerunt in tali crimine, ipso facto maledicti fuerunt et excommunicati et sunt adhuc in tali vinculo, cum aboli nequerint ab aliquo absque concessione vel commissione sanctione sedis apostolicae speciali? Vos autem sacerdotes qui talia consulaistis et rata habuistis et consentistis et sollicitas ut fertur, nedum in praedictam maledictionem et excommunicationem incidistis, sed etiam postea celebrantes et ingentes vos dampnabiliter divinis mysteriis et ministeriis irregulares effecti estis. Et a tali irregularitate non nisi auctoritate summi Pontificis liberati potestis, ut in c. cum aeterni de sent. et re. judiciali libro 6. Et de excommunicatione l. mo q. 4. c. Si quis suadente dyabolo et de sentent. excom. c. parochianos vestros et in c. cum illorum de sentent. excom. et in c. Sacris est canonibus institutum. Et in c. Si aliquis cum similibus etc. Venite ergo pro absolutio-
ne ad me, qui auctoritate sanctissimi Domini nostri Nicolai papae Quinti absolutionis beneficium libenter et gratis impendere sum paratus et vobis et vestro Populano et omnibus suis vestrisque complicitibus pro aeterna salute et perpetua Dei pace, quae superat omnem sensum. Et ne forte in vobismet ipsis dubitetur, an heresibus et ecclesiasticis censuris et excommunicacionibus involvimini et in involuti fueritis ipso facto ac sitis continue in vestra pestinacia et obstinata contumacia perseverante

: revolvite diligenter et attendite ad jura, quae vobis infra describam per modum regularum distinctivorum vobis uti-
lium, si vultis recta sapere et lucem aspiceret veritatis.

Prima regula distinctiva est ista:

Quod heresis est falsum dogma sacrae scripturae contraarium pertinaciter defensatum maxime lucere causa vel alius glorie temporalis ut dicit August. de utili credendum. Et beatus Hieronimus. Et colligitur 24. q. 3. c. Inter heresim et c. heresis etc. hereticus. Vos autem nitimini defensare falsum dogma Vicedi, Huius Hieronimi, Mathiae⁷⁰ Jacobelli et vestri Rokycani; ergo et vos sales etc.

Secunda regula, quod dubius in fide infidelis est ut in c. i. extra, de hereticis. Nec eis omnino credendum est quod fidem veritatis ignorabit. In fide autem nullas dubitare debet, sed firmiter credere ea quae determinata sunt a sacrosancta Romana et universali Ecclesia, ut in c. 1. in principio de sanctissima Trinitate et de fide Katholica. Alias autem salvus esse non poterit, ut dicit Athanasius sanctus et colligitur 24. d. c. qui Episcopus ordinandus est et 24. q. 1. c. Abit beatus papa et c. aperte, ubi Nicolaus Papa ad clerum Constantinopolitanum scribens ait, aperte inquit Sedis nostrae auctoritatis nullam sive Episcopum sive Clerum sive professionem antiqua Christi-
stianam qui a Nestorio etc. Vos autem Nestorii erroris sequimini, qui etiam ponebat communionem sub utraque specie ad populum laicalem et etiam ad infantulos sicut

vos facitis, cadere sub necessitate pabulis et praecipulo Christi; et Apostolorum eius; ergo et vos tales estis, quales ipse fuit, p. in dicto c. Ad Boetium in principio ibi: Si quis ab Episcopo Nesto-

rio aut ab aliis, qui eum consecraverunt, ex quo talia praedicare ceperunt vel excommunicatus vel exutus est seu Antichristis seu clerici dignitate etc.

Tertia regula est, quod omnis schismaticus dicitur hereticus 1. q. I. c. Si quis inquit. Ubi Cyprianus martyr contra hereticos: Si quis, inquit, de Ecclesia heretica praesumptione evertit, a se ipso damnatus est etc. Vos autem ita fecistis ergo etc. Dicit enim ita glossa: Intendit Cyprianus probare quod non debemus uti sacramentis hereticorum, prima auctoritate apostoli, secundo auctoritate Domini, qua prohibuit prophetam cum eis sumere cibum. Tertia quia heretici more syneae ymaginem tantum habent sacramentorum, sed non habent vera sacramenta. Quarto quod si mali, qui sunt in Ecclesia, post triviam communionem commiserant ethnicis et publicanis, ne cum eis sumamus cibum: multo fortius ipsi heretici praecisi, quia non tantum ipsi puniuntur, sed etiam ipsis faventes et eorum sacramentis utentes. Quinto auctoritate Esae prophetae dicentis: Sacrificia eorum esse parvam luctus h. Glossa. Hieronymus autem super Haggaeum prophetam sic inquit: Sic populus hereticorum omnis est in conspectu meo, dicit Dominus. Omne, quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel

holocausta sive elemosinas sive jejunia, sive corporis castitatem
contaminata erunt in conspectu meo. Recipe Stephane prole
tuisque sodalibus ad emendationem vitae morum atque

doctrinae. Et nota, quod idem Hieronymus dicit super Amos:
Odit Deus sacrificia hereticorum et a se projicit et quos in
nomine ejus aggregati fuerint, detestatur eorum fetorem
et claudit nares suas. Humana quidem similitudine lo-
quitur, ut nos affectum Dei nostris summo vitibus agnoscamus,
ut dicit idem Hieronymus super Amos et 24. q. 1. c. Odit pro-
fecti etc.

Quarta regula est. Quod omnis precator
ab unitate ecclesiae catholicae fidei et communicatione fidelium
unus dicitur hereticus 4. q. 1. Omnis Judaeus, omnis infidelis gen-
tibus et schismaticus dicuntur heretici. Non estis in numero schis-
maticorum, quod expressissime confitemini in vestra Epistola
Stephani plena veneno et damnatione aeterna jam a trien-
nium mihi destinata, ad quam vos responsum non habuisse
meum, doleo vehementer, nec tamen mea culpa fuit; parcat
Deus illi, qui eam Katheralam tenuit sub clausura laterani (fri-
ensis) carceris. Super autem post vestras litteras mihi destinatas
quum nuntiavi Reverendo Domino electo, quomodo ego de niscram
in manibus Domini Johannis sui praedecessoris, ipse autem Do-
minus Electus diligenter inquirens inter libellos ejusdem prae-
decessoris recepit duas copias meae responsionis, quas ille oculis
lateralibus mihi valde displicet nec tamen erat descripta

cum eis vestra blasphemia sacrilegaeque invectiva contra me. Quidem
 ecce remitto cum praedicta antiqua reponione, in qua lamem
 descripta erat invectiva ~~Botolynii~~ Botolynii (Botolin)
 qui ad idem vobiscum tendebat. Praecurritur namque tam
^{tem} impudenter, tamque ignoranter et ecce me increpare, quod
 dixerim: Quicumque non obedit Romanae Ecclesiae, hoc est papae
 Cardinalibus etc., in omnibus quae mandaverunt — divisehs
 utique ad fidem pertinencia — quantumcumque ab his iuste et sanc-
 te vixerit, quod sit hereticus et eternis gehennae ignibus deputan-
 dus, et exclamationis stomacho loticatos: Ha quam crudelis est ista
 insania etc. Solo hunc passum ultra ea, quae supra legere potuistis,
 tam facilliter pertransire; legit Augustinum de fide catholica ad
 Petrum, legit in decretalibus de hereticis c. 3. praefati Augustini
 canonicam auctoritatem dicentis: Firmissime tene et nulla-
 tenus dubites, omnem hereticum vel schismaticum cum dya-
 bolo et angelis eius eterni ignis incendium participandum,
 nisi ante finem vitae catholicae unitati fuerit reintegra-
 tus et incorporatus Ecclesiae. Et post pauca: Omni homi-
 ni, qui ecclesiae catholicae non tenet unitatem, neque baptis-
 mus neque eucharistia quantumcumque copiosa, neque
 mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem!
 Videle etiam eiusdem Augustini in eod. lib. et l. q. 1c. Firmis-
 sime tene et nullatenus dubites extra ecclesiam baptismos,
^{baptismo eucharistia percipiunt, tamen enim oritur ecclesiae societas communis et salutem, et}
 si ad ecclesiam non reverterent, baptismos non salvent, cum
 ibi non datur, ubi oportet, ut debent. Et infra: Tenentur

unitatem, fratres carissimi, praeter unitatem, qui facit miraculum, nihil est" etc. Loque Stephane, quae in praedicta antiqua responsione descripsi, quamvis totus tractatus, quem sum pro-

stea persecutus, vix quastam partem comprehendat, hoc quod illi tunc scripserunt, penes quos plures copiae remanserunt.

Attendite etiam, quod secundum Aug. extra Ecclesiam catholicam locus veri sacrificii non est 1. q. 1. Extra

kathob. Ubi gloss.: Sed est extra formam Romanae Ecclesiae; legit etiam, quid papa Pelagius scribit 24. q.

3. 6. Apostolicae auctoritatis exemplo didicimus, extantem et in erroribus mittentium spiritus tradentes esse Sathanae, ut blasphemare dediscant. Legite etiam,

quid etiam sanctus Gregorius scripserit omnibus per italicum et theostonicum 8. 1. c. c. Sicut sunt presbyteri, u-

bi concludit; peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis de Christianum esse asserit, et huius Apostolicae obediēte con-

terignit. At quod etiam accedit: Omnis 22. d. etc. In memoria 19. d. cum si militibus. Ceteri duces eccorum, quare

ad vestram ignominiam, dedecus et perniciem orientalis ecclesiae sicut vester Prokyanus praesumitis exempla deduce-

re et ipsam proponere et velut matrem et magistrā aliarum Ecclesiarum ad eumulum vestrae damnationis advocare? Felerni ergo jam vos etiam in eorum

hereses assensisse. Adducis Stephanele dydascole (didascalē)

Quotolibet (sic), adducis et Illicarum (Ilatum). Quare non

adducti didolum (Dacelolum.) cum suo planctu? Vos ad
 yma tenditis magistri errorum, quum nunquam fuitis disci-
 puli veritatis. Adducis et Donatum. ostendens te pedagogum pub-
 rorum et ad superiora non transgredieris. Velle quod tu-
 um est et vade. Lege Thidorum libt. 2. d. et 3. a. d. Ideo
 prohibetur Christianos legere figmenta poetarum, quia per
 oblecta merita fabularum minimum mentem excitant ad
 incentiva libidinum. Non enim solum thura offerenda
 demonibus immolant sed etiam eorum dicta libentius
 copiendo etc.

Quinta regula, quod etiam large capiendo:
 Quilibet excommunicatus dicitur hereticus, si per annum sal-
 tem in excommunicatione persistit, ut in c. Cum contu-
 macia de hereticis libro sexto ubi Alexander quintus di-
 cit: Cum contumacia in causa praesentim fidei. Et
 infra: pro eo quod parere subterfugit aut contumaciter
 se absentat, si per annum animo persistat pertinaci sc. ex-
 communicationem, et tunc velut hereticus condempnetur.
 Et II. q. 3. c. Rursus ubi persistens in excommunicatione per
 annum, postea ad eorum excommunicationem nulla eorum
 voti penitus avertatur. Decretum hoc sumptum est ex concilio
 bathaginensi. Vos autem Vikefistae et Thuitae sequaciumque
 suorum observatores falsorum dogmatum eorundem nedum
 per annum sed per 10, sed per 20, sed per 30 quoque fere jam
 per 40 annos in excommunicatione majori, cuius absolutio

soli papae reservata est in constitutione, anima pertinaciter obdurati permansistis in eo, quod in Constantiensi sacro Concilio electum fuit, ut vobis dixi: Quod, qui nolent a communicatione sub utraque specie desistere tanquam heretici punirentur; heretici autem ipso jure et ipso facto sunt excommunicati. Ergo et vos tales etc.

Sexta regula est, quod omnis qui interpretatur male sacram scripturam et aliter intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo scriptura est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellatur et de carnis operibus est eligens quae pejora sunt; heresis enim graece ab electione dicitur, quod sibi unus quisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem, ut dicit Isidorus et Jeronymus super Epistolam ad Galatas. Vos autem et sacram scripturam male intelligitis, ut vobis ostensum est, et ab Ecclesiae unitate et ab obedientia summi Pontificis et aliorum catholicorum praefatorum ecclesiae recessistis. Ergo crimen hereticorum seu haereticorum evadere non vultis. Schisma ti quidem ipsum quod graecum nomen est scissura sonat; sed in unitate schisma esse non potest, non ergo unitati communitur, qui schismatis communicat. Partes sibi ipsis fecerunt et ab eo quod unum est, ut Apostoli Judae jam vobis utamini, semetipsos segregantes spiritum non habent, dicit Pelagius papa 24. q. 1. c. Schisma.

Septima regula est, quod quicumque falsas opiniones in ecclesia gignat, hereticus est censendus, ut dicit beatus Augustinus.

24. q. 3. c. Hereticus est, qui alicujus temporalis commodi maxime gloriae principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur. Ille autem, qui hujusmodi hominibus credit, imaginatione quadam veritatis illusus est, res autem vel cupiditate vel libidine vel vestra vana gloria vultis plus sapere quam oporteat contrapictum Apostoli ad Rom. 12. sequentes falsas opiniones a Vikeff et Hus et Jacobello et similibus damnatae memoriae inventas et genitas ac velut mortua suscitata, ego tales estis, quales illi fuerunt etc.

Octava regula est: Quod quicumque sanctae Romanae Ecclesiae privilegium auferre ~~conatur~~ conatur ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum, hereticus est censendus; fidem quippe violat, qui adversus illam agit, quae est magistra fidei, et illi continet inveniunt, qui eam cunctis Ecclesiis praetulisse cognoscitur. Unde sanctus Ambrosius. Ac in omnibus sequi magistrum sanctam Romanam Ecclesiam proficitur 22. d. c. Omnes vos autem tale privilegium auferre nihilominus praecipientes Pockyanam papae et vestram sectam perfidam sanctae Romanae ecclesiae, quae semper immaculata permansit, ut dicit Hieronimus, ad sanctum Damianum papam et 24. q. 1c. Nec est fidelis. Item sancta. Et Eusebius papa dixit ibidem: in sede Apostolica extra maculam semper est catholica religio servata, ergo et heretici censendi estis etc.

Nova regula est: Quod quicumque transgreditur praecepta
 sanctae Ecclesiae apostolicae, tanquam contempnens auctorem saltem clarissimum,
 hereticus est censendus 19. d. c. Nulli. Ubi sancti Gregorii verba describun-
 tur: Ab Pontificatibus sic sit alienus officii, qui apostolicis non
 vult obedire praeceptis. Unde dicit ibi sanctus Gregorius: Nullifas est
 vel velle vel posse transgredi (apostolicae sedis praecepta). Velus glossa
 dicit: Intelligas, quod hic dicitur: Quod qui dicit Romanam Ec-
 clesiam non esse caput omnium ecclesiarum, neque fasset conde-
 re canones, ille est hereticus 22. d. c. 1. In novo testamento per
 Christum Dominum a Petro sacerdotibus auctoritas cepit, quod
 ipse primo pontificatus in Ecclesia Christi datus est etc. Item
 Pelagius papa ibidem dicit: Quamvis universae ecclesiae per
 orbem catholicae constitutae unus thalamus Christi sit, lamem
 sancta Romana Ecclesia catholica et apostolica nullis sy-
 nodicis constitutis ceteris ecclesiis praecelata est, sed evangelica
 voce Domini et Salvatoris Domini nostri Jesu Christi prima-
 tum obtinuit. Et infra de beatis Apostolis Petro et Paulo
 dicit: Et supradictam pariter Romanam Ecclesiam Christo
 Domino consecravit, eamque omnibus urbibus, universo
 mundo sua praesentia atque venerando triumpho praeve-
 lerunt etc. Vos autem abjecistis jugum Domini tanquam
 fidei Debal ergo etc.

Decima regula est: Quod omnis qui non tenet
 et credit omnes articulos fidei et in minimo vacillans

hereticus est censendus, quum qui in uno erraverit, factus est omnium reus Jacobi 2^{do} et S. c. debeat extra de Regulis juris et in c. 1^{mo} et 2^{do} de summa trini et si catholica et c. Abolendam de heret. et in decreto c. haec est fides et in c. Super quibusdam de verborum signif. et in S. p. c. de her. os autem expressissime erratis in decimo articulo videlicet "nam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam" ut in Symbolo Niceno; in Symbolo autem Apostolorum "Sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem," ergo et in totam fidem et sic heretici. Quum autem ibi heretici esse nequeunt, dicimus tam eos, qui olim ab Ecclesia projecti sunt quam qui post hoc anathematizati sunt, et infra: Quia fidem quidem sanam similiter simulant confiteri, scismaticos esse etc.

Undecima regula est: Quod quicumque male sentit de sacramentis ecclesiae, hereticus est censendus, ut in dicto c. ad. abolendam, et in dto. c. 1. et in h. de Summa Trini etc. Vos autem male ~~sentitis~~ sentitis de sacramento baptismatis, quod de benedictione fontium juxta ritum sanctae romanae ecclesiae non curatis, de sanctis et benedictis oleis tam pro baptismate quam pro chrismate aestimationem non facitis. Et sic etiam et 2^{do} sacramento sc. confirmationis. Tertio male sentitis de tertio sacramento sc. divinisimae eucharistiae quum penitis, quod sit

de necessitate salutis et de praecipuo Christi populum laicalem, infantulos communicare debere sub utraque specie, quod salissimum est, ut vobis est ostensum et in ampliori tractatu lucidius demonstratum: ergo. etc. Quarto male sentitis de sacramento poenitentiae, cum de casibus immo Pontifici reservatis et de casibus reservatis Episcopo non eusetis. Et sic auctoritatem clavium omnino contempnitis: ergo etc. Ob hoc heretici judicamini h. q. de libello cum aliis juriis superioris allegatis. Quinto de sacramento extremae unctionis. Sexto de sacramento ordinis, cum multi sunt in vestra secla, qui nunquam fuerunt sacerdotes et praesumunt se ingerere divinis tanquam sacerdotibus, inter quos est vester Kobycanus et pleno testimonio mi consocii Bedrich (Bedrich). Septimo pessime sentitis de matrimonio maxime spirituali, de quo dicit Apostolus ad Eph. V. o: "Sacramentum hoc magnum est." Dixerat enim prius: Mulieres viris suis subditae sint sicut Domino: quoniam ut caput est mulieris: sicut est Christus caput est Ecclesiae: Inseparator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite ecclesias vestras, sicut Christus ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae. Non dicit lavacro vini, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam aut aliquid huius modi, sed ut sit sancta et immaculata." Et I.: Sacramentum

hoc magnum est, ego autem dico et in Christo et in Ecclesia." Vos autem violatis et deturpatis sanctam Christi sponsam in Egyptorum, decessus et vilipendium ipsius sponsi, qui dicit: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui spernit me, spernit eum, que me misit. Luc. 10, 16. et Math. 10, 40 et similia. Quicumque sucepit nomen istum in nomine meo, me recipit, et quicumque me recipit, recipit eum, qui me misit." Ipsa etiam idem dicit Math. ultimo: Datus est mihi omnis potestas in coelo et in terra, et infra: "Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi." Vos autem susurrones et detractores Deo odibiles, parentibus non obedientes (Rom. I. 30.), sponsum et sponsam contempnitis tanquam filii ~~sponsi~~ invadentes allegare verbum Dei in ore Christi false et sine intellectu ^{et mihi manducaveritis et mihi bibegitis. Et intelligentes: "Bibite et eo omnes. Cum tamen ipse dixerit:}

"De hoc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare omnem veritatem." Joh. 16. Quae verba illa ultima sacramentali nocte meae vitae mortalis prohibet ad salutem, quam vos omnino respicitis; ergo nisi respiceritis, advenient vobis mala in extremo tempore, testante illo qui dicit (Joh. 3): "Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsae, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi." Et infra: "Non enim ad mensuram stat Deus spiritum. Pater diligit Filium, et omnia dedit in manus

ius, qui credit in Filium, habet vitam eternam. Qui autem irre-
 redulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet su-
